



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronicon Cisterciensis Ordinis

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

3. Quid Agendvm pro Fratibus defunctis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11259

pro Dei amore vilescere perenniter promissis, diuino cibo refecti ac satiati, & dominicis præceptis eruditi & firmati, post mysterij diuini consummationem nullus pauescat ad pugnam, sed paratus sit ad coronam.

2. *QUOT ORATIONES DOMINICAS, si audire nequierint, dicant.*

CÆTERVM si aliquis frater negotio Orientalis christianitatis fortè remotus, quod sæpiùs euenisse non dubitamus, & pro tali absentia Dei seruitium non audierit, pro Matutinis XIII. orationes Dominicæ, ac pro singulis Horis, septem; sed pro Vesperis IX. dicere collaudamus, ac libera voce vnanimiter affirmamus: isti etenim in salutifero labore ita directi, non possunt accurrere hora competenti ad diuinum Officiũ; sed si fieri potest, horæ constitutæ non prætereant ante institutum debitum.

3. *QVID AGENDVM PRO FRATRIBUS defunctis.*

QVANDO verò quilibet fratrum remanentium morti, quæ nulli parcat, impendet, quod est impossibile auferri, Capellanis ac Clericis vobiscũ ad terminum caritatiuè summo Sacerdoti seruentibus,

tibus, creditum officium & Missam solenniter pro eius anima, Christo animi puritate iubemus offerre: fratres autē ibi astantes, & in orationibus pro fratris defuncti salute pernoctantes, centum orationes Dominicis vsque ad diem septimum pro fratre defuncto persoluant; ab illo die, quo eis obitus fratris denunciatus fuerit, vsque ad prædictum diem, cētenarius numerus perfectionis integritatem cum fraterna obseruatione habeat. Adhuc nempè diuina ac misericordia charitate deprecamur, atque pastoralis autoritate iubemus, vt quotidie, sicuti fratri in vicibus dabatur & debetur, ita quod est necessarium sustentationi huius vitæ in cibo & potu tantum, cuidā pauperi, donec ad quadragesimum diem impendatur. Omnes enim alias oblationes, quas in morte fratrum & in Paschali solennitate, cæterisque solemnitatibus, Domino pauperum commilitonum Christi spontanea paupertas indiscretè reddere consueuerat, omninò prohibemus.

CAPELLANI VICTVM ET VESTITVM tantum habeant. 4°

ALIAS verò oblationes & omnia eleemosynarū genera, quoquo modo fiāt, Capellanis, vel alijs ad tempus manentibus, vnitati communis Capituli red-

Dere